



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Resolutiones Pastorales De Præceptis, Vitiis Capitalibus,
Et De Sacramentis**

Marchantius, Jacobus

Coloniæ Agrippinæ, 1655

Fel. Rec. Urbani VIII. Constitutio 19. Bullarii tom. 4. Urbanus Papa VIII. Ad
Futuram Rei Memoriam.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41699

...
...
...

FEL. REC. URBANI VIII. CON-
stitutio 19. Bullarii tom. 4.

URBANUS PAPA VIII.

Ad Futuram Rei Memoriam.

CUM, sicut accepimus, aliquibus
Religiosis quorundam Ordinum
seu Congregationum à Sede Apostoli-
ca indultum fuerit, ut sacramentales,
personarum sacerdotalium Confessiones
audire valeant, etiam si ab Episcopis
Diocesanis ad id examinati, & appro-
bati non fuerint; nec desint, qui teme-
rè asseverent, hoc ipsum Privilegium
cæteris quoque aliorum Ordinum Re-
gularibus competere, ex amplissimis
Privilegiorum communicationibus,
quas ab eadem Sede Apostolica obti-
nuerunt, & hinc saluberrimum Sacri
Concilii Tridentini Decretum, desu-
per sancitum penitus revertatur; Nos
huic malo opportunè providere vo-
lentes. De Ven. Fratrum nostrorum S.
R.E. Cardinalium negotiis regularium
præpositorum consilio, omnia, & si-
gula

Vrbani VIII.

gula indulta hujusmodi, audiendi sacerdotalium Confessiones absque Ordinarii examine & approbatione, quibusvis Collegiis, Capitulis, Religionibus, Societatibus etiam Societati Iesu, Congregationibus, & Ordinibus, tam mendicantium, quam non mendicantium, nec non Monachorum quorumcunque; etiam S. Benedicti, Cisterciensis, & Carthusiensis, ac etiam quibusvis Militiis, etiam Hospitalis S. Jo. Hierosolymitani, ac quibuscunque Ecclesiis etiam Patriarchalibus & Metropolitanis, Monasteriis, ceterisque locis pii, sive eorum & earum respectivè Abbatibus, Præpositis, Decanis, Magistris, Ministris, Prælatis, Prioribus, Rectoribus, et iam Generalibus, vel Provincialibus, Capellanis, Confessariis aut aliis quocunque nomine nuncupatis Superioribus, & personis quibuscunque etiam quomodolibet exemptis, ac Sedi Apostolicæ immediate subjectis cujuscunque dignitatis præminentia, & conditionis existentibus, & quovis privilegio munitis, & tam

ON-
VIII.
1.
uibus
inum
stoli-
cales,
iones
copis
pro-
eme-
gium
n Re-
ssimis
ous ,
obti-
Sacri
desu-
Nos
vo-
im S.
arium
& simo-
gula

Bulla fel. rec.

zam ad supplicationem partium, quam
Motu proprio, & ex certa scientia, ac
de Apostolicæ potestatis plenitudine
hactenus quandocunque & qualiter-
cunque ex quavis, etiam de necessita-
te exprimenda causa, & alias quomo-
dolibet concessa, Apostolica auctori-
tate, tenore præsentium revocamus,
cassamus, tollimus, abrogamus, & an-
nullamus, viribusque & effectu eva-
cuamus, ac revocata, cassa, sublata,
abrogata, & annullata, viribusq; &
effectu vacua esse, & fore, nec Religio-
nibus, Societatibus, etiam Societas
JESU, Congregationibus, Ordinibus,
ac Militiis, & Ecclesiis, Monasteriis-
que prædictis, eorumq; Superioribus
& personis quibuscumque in posterum
ullo modo suffragari, minusque illos,
& illas, etiam si de ijs specialis, specifi-
ca, expressa, ac de verbo ad verbum
mentio habenda foret, indultis hujus-
modi uti posse, præsentes verò lite-
ras, & in eis contenta quæcunq; etiam
ex eo quod quicunque in præmissis in-
teresse habentes, seu habere præten-
dentes

Urbanus VIII.

dentes ad hoc vocati , & auditi non
fuerint, de subreptionis, vel obreptio-
nis vitio, aut intentionis nostræ , vel
alio quocunque defectu notari , im-
pugnari, redargui, in jus , vel contro-
versiam revocari, ad terminos juris re-
duci, aut adversus illas quodcunq; ju-
ris, gratiæ , vel facti remedium impe-
trari nullatenus posse , sed illas semper
validas , & efficaces existere, & fore,
suosque plenarios & integros effectus
sortiri, & obtinere ; Sicque per quo-
scunque Judices Ordinarios & delega-
tos, etiam causarum Palatii Apostoli-
ci Auditores, ac S. R. E. Cardinales et-
jam de latere Legatos , & Nuncios,
sublata eis , & eorum cuilibet quavis
aliter judicandi , & interpretandi fa-
cultate, & auctoritate judicari ; & de-
finiri debere, ac irritum, & inane quic-
quid secus super his à quoquam qua-
vis auctoritate scienter vel ignoranter
contigerit attentari, decernimus , &
declaramus. Non obstantibus præmis-
sis , ac quibusvis Constitutionibus &
Ordinationibus Apostolicis, Privile-
giis

uam
, ac
dine
iter-
sita-
mo-
tori-
bus ,
z an-
eva-
lata,
q; &
gio-
etar-
bus,
riif-
ibus
rum
os ,
cifi-
bum
uju-
lite-
tiam
s in-
ten-
ntes

Bulla fel. rec.

giis quoque indultis, & literis Apo-
stolicis, Ordinibus, Societatibus, &
Congregationibus prædictis eorumq;
Præpositis, Decanis, Magistris, Abba-
tibus, Ministris, Prælatis, Prioribus,
Rectoribus, & aliis Superioribus, Ca-
pellanis, aliisque prædictis, sub qui-
buscunque tenoribus, & formis, ac
cum quibusvis etiam derogatoriarum
derogatoriis, aliisque efficacioribus,
& insolitis clausulis, ac irritantibus, &
aliis decretis, in genere, vel in specie,
ac alias in contrarium quomodolibet
concessis, confirmatis, & innovatis.
Quibus omnibus, & singulis, etiam si
pro illorum sufficienti derogatione, de
illis eorumque totis tenoribus specia-
lis specifica; expressa, & individua, ac
de verbo ad verbum, non autem per
clausulas generales idem importan-
tes, mentio, seu quævis alia expressio
habenda, aut aliqua alia exquisita for-
ma ad hoc servanda foret, tenoris hu-
jusmodi præsentibus pro plenè, & suf-
ficienter expressis, & ad verbum inser-
tis habentes, illis alias in suo robote

per-

Vrbani VIII.

Apō- permansuris, hac vīce duntaxat specia-
s, & līter, & expressē derogamus, cāteris
imq; que contrariis quibuscumque. Volu-
bba- mus autem quōd prāsentium tran-
bus , sumptis, etiam impressis , manu ali-
. Ca- cūjus Notarii publici subscriptis, & si-
qui- gillo personæ in dignitate Ecclesiasti-
, ac ca constitutæ monitis eadem prorsus
arum ubiq; fides adhibetur, quæ ipsis præ-
ous , sentibus adhiberetur si forent exhibi-
s, & tæ vel ostensæ: Quodque cædem præ-
cie , sentes literæ , seu illarum exempla ad
liber valvas Basilicatum S. Jo. Lateranensis ,
vatis. ac Principis Apostolorum de Urbe, &
am si in Acie Campi Floræ affixa omnes ita
ne, de attent , & afficiant , ac si unicuique
ecia- personaliter intimata fuissent. Datum
a, ac Romæ apud Sanctam Mariam Majo-
n per rem sub Ann. Piscatoris, Die XII. Sept.
effio M. DC. XXVII. Pontificatus Nostri
for hu- Anno Sexto.
sif-
nfer-
pote
per-

M. A. Maraldus.

Anno M. DC. XXIX. indictione duode-
cima pontificatus autem Sanctissimi
D.N.

Bulla fel. rec. Urbani VIII.

D. N. Papa Domini Urbani divina
providentia papa Octavi Anno ejus
Sexto, Die verò luna Octava Ianua-
rii, Retro scripta litera affixa, & pu-
blicata fuerunt ad valvas Basilicarū
S. Ioannis Lateranensis, ac Principis
Apostolorum de Vrbe, & in acie Cam-
pi Flora, ut moris est, per nos Franci-
scum Pignoccatum & Pompejum Gi-
ranum ejusdem Sanctissimi D.N. papa
Cursores.

Brandimartes Latinus pro
Mag. DD. Curs.

Regis-